





SACRA

TURGI

BX1999

.A3

V35

v. 2

12

007502



EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080016171

SACRA LITURGIA

ARMANDO SANTINI LIBRERIA

HE

SACRA LITURGIA

TOMUS II

TRACTATUS

DE RUBRICIS MISSALIS ROMANI

AD USUM ALUMNORUM
SEMINARII ARCHIEPISCOPALIS MECHLINIENSIS

OPERA

J. F. VAN DER STAPPEN

EPISC. TITUL. JOPPEN., AUXIL. EMI AC RMI DNI PETRI LAMBERTI
CARD. GOOSSENS, ARCHIEP. MECHLIN.
SACRÆ LITURGIÆ ACADEMIÆ ROMANÆ CENSORIS

EDITIO ALTERA

Cum duo præcipue in sacerdote et animarum pastore
requirantur, probitas videlicet et doctrina, earum utraque in
Seminario est comparanda.

S. CAROLUS BORROMÆUS, INSTIT. SEMINARII,
Part. 3. Cap. I.

→ Miguel Echeverría. ←

S. Conciliar.

80 ex.



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria



UNIVERSIDAD DE BURGOS LEÓN
Biblioteca Valverde y Tellez

MECHLINIÆ.
H. DESSAIN,

SUMMI PONTIFICIS, SS. CONGREGATIONUM RITUUM ET DE PROPAGANDA
FIDE NECNON ARCHIEP. MECHL. TYPOGRAPHUS.

44304

BX 1999

A3

V 35

V. 2



PETRUS LAMBERTUS

TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM S. R. E. PRESBYTER
CARDINALIS GOOSSENS,

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA ARCHIEPISCOPUS MECHLINIENSIS
PRIMAS BELGII

Omnibus has visuris salutem in Domino.

Cum hic Tractatus de Rubricis Missalis Romani, ad usum alumnorum Seminarii nostri de novo editus, et ad normam recentiorum Decretorum reformati, claritate et utilitate multum commendetur, libenter eum approbamus, adhortamurque nostrum Clerum ut, hoc opus diligenter perlegendo et perscrutando, quotidie magis in necessariis hujusmodi scientiis proficiat.

Datum Mechliniae, die 10 Novembris 1902.

† P. L., CARD. GOOSSENS, Arch. Mech.



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

SACRA LITURGIA

TRACTATUS

DE RUBRICIS MISSALIS ROMANI

NOTIONES PRÆVIÆ

Q. 1. Quod est argumentum hujus Tractatus?

R. In præsenti Tractatu exponuntur leges seu Rubricæ descriptæ in Missali Romano, secundum quas determinatae preces dicendæ sunt in Sanctissimo Missæ Sacrificio.

Materia est celebratio Sanctissimi Missæ Sacrificii, cuius præstantiam indicat ipsum nomen, quia Sacrificium Missæ peragere potissimum est ac longe ante cætera excellens munus Sacerdotum in Ecclesia Dei.

Quæ spectant Missæ Sacrificium, ejusque celebratiōnem exponuntur in Theologia, sive dogmatica, sive morali, sive ascetica, necnon in Jure Canonico; præstantior pars tamen et magis practica expositionis hujus Sacrificii pertinet ad Sacram Liturgiam, ejusque materia Liturgica tanti est momenti, ut in duplice Tractatu de hac nobiliori Sacrae Liturgiæ parte sit dicendum.

Præsens Tractatus ea perhibet quæ supra in principio responsi indicantur, et inscribitur **Tractatus de Rubricis Missalis Romani**.

In altero Tractatu describuntur Ritus, seu Cæromoniæ in ejusdem Sacrificii celebrationē observandæ, et inscribitur **Tractatus de celebrationē Sanctissimi Missæ Sacrificii**.

§ 1. De nomine Missæ, et de Missarum distinctione

Q. 2. Quibus nominibus in Liturgicis Libris et apud Santos Patres designatur SS. Missæ Sacrificium?

R. 1º Primum ac vetustius nomen Eucharistico indi-
S. LITURG. TRACT. DE RUB. MISS.

007502